

um suum ysaac. et abraham emit agrum ab ebron. in quo erat spelunca ad sepeliendum uxorem suam saram.

**Q**uo abraham misit eliezer procuratorem suum ad ponendam procurandam filio suo ysaac. qui ei desponsavit rebecca. et de morte ipsius abrahe. folio. x.

**D**e conceptu rebecca ex Isaac scilicet Esau et Jacob. et nativitate eorum. et venditione primogeniture. quam fecit Esau Jacob edulio lenticule: et de descensu ipsius Isaac in egyptum. ubi dicit uxorem quam dicit esse sororem. et de puteis ab eo effosis et benedictione ipsius Jacob obtenta ab Isaac sub nomine Esau. folio. x.

**S**ecundum capitulum de gestis Jacob. Quod ad declinandam iram fratris Esau perges Jacob in mesopotamiam in ipso itinere scilicet in bethel vidit in somnis scalam pertingentem usque ad celum. Incipit: **S**esta Jacob. folio. x. in fine.

**Q**uo Jacob veniens in mesopotamiam accepit sponsam Rachel filiam Laban. pro qua habenda septem annis ei servivit in custodia ovium. et alijs septem pro Lia uxore. Et qua Lia quatuor filios suscepit. exinde duos alios et Balam ancilla Rachel. Et iterum ex Zelpha ancilla Lye alios duos. postmodum autem ex ipsa Lia ysaachar et zabulon. et feminam unam scilicet Dynam: demum et Rachel habuit Joseph. folio. xi.

**Q**uo Jacob clanculo discessit a Laban cum uxore et filiis suis: quem insecutus est ipse Laban cum suis: et in itinere obvius habuit angelos dei. dimisitque nuncios cum muneribus ad reconciliandum sibi fratrem suum Esau qui demum sibi vicem obviantibus pacificati sunt. folio. xi.

**Q**uo Dyna filia Jacob vi oppressa est a Sychem domino civitatis: propter quod in ultionem ipsius cum omnibus maribus circumcisus occiderunt ipsi. Incipit: **D**emum ad Isaac patrem venerunt. et mortuum inveniunt se pelierunt. ibi et de generationibus descendenti Esau. folio. xi.

**Q**uartum capitulum de gestis Joseph filii Jacob. Quod narrans somnium suum in tribus: de manipulis et sole luna et stellis adorantibus eum. a fratribus. et ite exosus. et missus a patre ad fratres visitandum. ab eis madianitis venditus est inde transeuntibus. Qui demum venditus est in egypto phutifar magis. romilitie pharaonis: ibi et de Jada filio Jacob. quomodo filios habuit et socra thamar. scilicet phares et zaram. Incipit de gestis. folio. xi.

**Q**uo Joseph factus est dispensator a patrono suo omnium que habebat. et quia noluit assentire uxori patroni in adulterio accusatus ab ea in carceratus fuit a patrono. qui in carcere detentus exposuit somnia pincerne et pistoris pharaonis: presagia eorum que ipsis contingerunt. folio. xi.

**D**e somnio habito a pharaone septem bonum et septem spicarum. quod Joseph exponens pro septem annis fertilitatis. et postea sterilitatis commedatus et exaltatus est. et factus quasi dominus egypti. folio. xi.

**Q**uo supervenientibus annis sterilitatis missi sunt fratres Joseph a patre ad habendum frumentum in egyptum. quos ipse recognoscens: ab eis non est agnitus: duriusque loquens ad eos: frumenta concessit cum hoc quod fratrem suum minimum quem habere se dixerant scilicet beniamin secum ducerent. altera vice interea symeonem ut captivum retinens: sumptibusque frumentis delatis. necessitate famis compulsi. reversi sunt in egyptum cum fratre beniamin. quos humane et magnifice conuiuavit. remisitque cum frumenti scipho suo occulte in sacis beniamin posito. ipsos autem abeuntes insequifecit. et quesito scipho et

reperito. tanquam furato redire eos coegit ad Joseph. folio. xi.

**Q**uo demum ipse Joseph cum lachrymis se manifestavit se ipsum fore quem vendiderat. eosque confortavit ne timerent. Sed reuersi ad patrem nunciarent statum eius. Et quod ipse cum omni familia sua in egyptum descenderet. ab eo alendum cum adhuc quinquaginta anni famis superessent. folio. xi.

**Q**uo Jacob audita gloria filii Joseph nimium letatus est. et descendens in egyptum cum omni familia sua pharaoni presentatus: dixit interrogatus se esse annorum centum triginta: qui cum omni familia sua collocatus est in Gessen alimenta ab eo recipiens. et quod egypti fame per durante pro habendo tritico exposuerunt omnes suas pecunias exinde pecora. et demum terras eorum. excepta terra sacerdotali. folio. xi.

**Q**uo egrotante Jacob Joseph visitavit. et duos filios ipsius Joseph scilicet manassen et effraim in filios adoptavit. et capita duarum tribuum esse voluit. Cancellatis quoque manibus eis benedicens manum dexteram posuit super caput minoris et sinistram super alium. Demum congregatis duodecim filiis suis Jacob eis benedixit singulis pronuntiavit. que eis essent ventura novissimis temporibus: ubi et notabilis prophetia de adventu messie. Moriensque mandavit corpus suum in ebron sepeliri. folio. xi.

**Q**uo post luctum multum Joseph cum fratribus in chanaan deportaverunt ad sepeliendum. Fratres autem eius timentes ne Joseph se vindicaret de eis. in iniuria venditionis: rogauerunt ex parte patris illam offensam eis dimitti. quos cum lachrymis benigne suscipiens et libere indulgens securos reddidit. Demum mortuus centesimo vicesimo anno vite sue. folio. xi.

**Q**uo Joseph princeps fuit egypti sub quinquaginta regibus. et sub quinto mortuo Joseph. ille pharao qui dictus est mephres malig. natus hebreos cepit affligere: et tunc cepit servitus populi israel in egypto. Et quomodo affligebat multipliciter pharao populum illum. folio. xi.

**Q**uartum capitulum de Moysse et gestis eius. in quo incipit liber exodi: et quod edicto posito pharaonem de submersione marium in flumine. natus moyses in fiscella expositus est in flumine. et recollectus a filia pharaonis adoptatus ab ea est in filium. et ibi quo in brachijs parvulus acceptus a pharaone coronatus eius proiecit ad terram. Juuenis autem factus dux exercitus egyptiorum contra ethyopes illos devicit. et ethyopisam filiam regis in uxorem accepit. eam postea dimittens. Incipit: Moyses. folio. xi. in fine.

**Q**uo exinde moyses egressus ad videndam hebreos in gessen prospiciens egyptum iniuriari cuidam hebreo illum occidit. Altera vice cum reprehederet hebreum alteri iniuriantem conquestus est ille manifestans homicidium factum per eum. propter quod timens fugit in madian: ubi sephora filiam Jetro sacerdotis in uxorem accepit. ex qua duos filios habuit. scilicet gersan et eliezer. Cum autem grege Jetro soceri sui duceret ad interiora deserti. vidit alon gerubum ardere et non consumi. accedensque ad locum rabi. inde dominus locutus est ei: significans liberationem israel de egypto. ex qua recedentes filii israel via sa aurea et argentea eis comodata ab egyptijs secum asportarunt. Interrogantque de nomine mittentis respondit. Ego sum qui sum. deditque triplex signum ut crederent sibi filii israel. scilicet de virga conuersa in serpentem. et econtra: et manu sua leprosa effecta et mundata: et aqua fluminis in sanguinem conuersa. Quibus moyses se excusaret quod impeditionis lingue esset. dedit ei in socium aaron fratrem suum. loquentem pro eo. pergens igitur in egyptum

